

# EPISTOLA

dies magis magisq; penit<sup>9</sup> cognouerit,  
 pro ingenij sui improbitate nō acquieuit  
 retro elapsis temporibus sepius leonē egisse, &  
 apertè in nos, vt cū Augustino loquar, se-  
 uis; sed Draconē etiā imitari voluit, ut oc-  
 cultè nobis insidiaretur. Quod quidē, Deo  
 sapienter ita pmittēte, tāta dexteritate  
 perfecit, vt minus difficile sit Aquila viā in  
 celo, & colubri supra petrā vestigia inueni-  
 re, quā subtilitatē inimici, q̄ circa celestiu  
 virorū corda voluat, deprehēdere, astutiāq;  
 hostis obseruare, qua nō desinit insidiari eis,  
 quos in petra fidei fundatos esse conspiciit.

Quemadmodū enim Pyrata, quādo videns  
 nauē multis mercibus oneratā, & plurimas  
 adducētē diuitias, tūc potissimū varijs mo-  
 liūtur insidijs, vt possint mercib. omnibus na-  
 uigātes illos spoliare: Vt sanē & Diabolus cū  
 viderit spirituales diuitias coaceruatas, ala-  
 critatem, mentē vigilē, & quotidie diuitias  
 augeri, cruciatur, & dēribus frēdit, & quasi  
 Pyrata circumit, & innumeras excogitat ar-  
 tes, vt si qua vel parū inueniat adiū, quic-  
 quid in nobis est spiritualiū diuitiarū, depræ-  
 datur. Mala enim bestia est, & multiplices  
 machinationes struit. Et quādo non potest re-  
 tēre nos ad vitia allicere, & suis inescare  
 quando

Orig. hom.  
 16. in Leuit.  
 Hieron. in  
 ca. 3. Thren.  
 Augustin.  
 in Psalm.  
 90.

Hieron in  
 cap. 30.  
 Prouerb.

Chrysozt.  
 Hom. 31. in  
 Genes.